



**Ruperti Abbatiss Tvitiensis, Summi Disertissimi Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII. prophetas minores, Commentariorum Libri XXXII**

**Rupert <von Deutz>**

**[Köln], M. D. XXVII.**

**VD16 B 3835**

Cap. I. Verbum domini quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filij Bodolię, filij Amarię, filij Ezechię, in diebus Josię filij Amon regis Juda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

PROLOGVS RUPER. IN SOPHONIAM  
PROPHETAM.

**P**romissum tuū uerū est Iesu Chrīste testis fidelis, promissum tuū uerū & fi-  
dele est, quo spm̄ paracletū promittens, inter cætera dixisti. Ille me clarifica-  
bit, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis. Omne qđ locuti sunt prophe-  
tæ, omne qđ scriptū est in lege & prophetis & psalmis, tuū est, & oīa quæcūq;  
q; habet pater, tua sunt. Proinde in scripturis aliud q̄ te nihil q̄ro, tu scis, uel  
in hac parte s̄lis cupio esse homini ædificātū domū, qui fodit in altū, & posuit fundamēta su-  
pra petram. Vbi maior difficultas occurrit te inueniendi, ibi plerūq; te ipsum melius inue-  
ni, & tūc demū in singulis prophetarū libris me puenisse arbitratus sum ad petrā, supra quā  
fundamēta ponere, qñ per meditationis instantiā, sub obscuritate literæ tuā inueni gloriam  
desiderabilē. Nō em̄ ignoro causam fuisse prophetis, propter quā necessario debuerint tuę  
claritatis sacramēta uerbis obtegere condensis, quā uidelicet causam in capite huius operis  
pro posse latius exposui. Iā igitur nonū in ordine duodecim prophetarū Sophoniā te quæ-  
rēdo prōptus ingredi, sanctū inuoco spm̄, quē dedisti, q; scripturas, q; testimoniū phibent de  
te, apertēdo hactenus te clarificauit, & clarificare nō desinit, ut de isto q; tuo accipiat, & an-  
nunciet mihi gloriā tuā, quærenti, solūmō in fide & cognitiōe tui spem uitę æternę habēti.

Iohan. 16  
Lucæ. 24  
Iohan. 17  
Solus Chrīstus  
in scripturis  
quærendus

RUPERI ABBATIS  
TUITIENSIS IN SOPHONIAM PROPHETAM  
COMMENTARIORVM LIBER PRIMVS.

**V**erbum domini quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filij  
Godolię, filij Amarię, filij Ezechię, in dieb; Josię filij Amon regis  
Juda. Præter hūc & Iohel, qui in ordine duodecim prophetarū secundus ē,  
& Zacharias, qui undecimus est, nullus eorū in titulo paternū nomen habet;  
Tradunt autē Hebræi, ait B. Hieronymus, cuiuscūq; prophete pater aut auus  
ponatur in titulo, ipsos quoq; prophetas fuisse. Hoc si uerū est (inqt) Sophonias propheta  
generatiōe (ut ita dicā) prophetica, & gloriosa maiore suorū stirpe generatus est. Habuit em̄  
patrē Chusi, auū Godoliā, proauū Amariā, attauū Ezechiā, & tale quadrigā ipse uelut ex-  
tremus auriga cōpleuit. Verū qualiscūq; illa traditio sit, illud magis delectat, qđ secundū se-  
quetis prophetiæ modū, noīa ualde cōgrua sunt, et secundū interpretationē nominū sese ha-  
bet qualitas rerū uel sensuū, qui ab isto, uel p ipsum conscripti sunt. Deniq; secundū nomen  
Chusi, qđ interpretat humilitas, siue Aethiops meus, dicturus est in isto dñs, ultra flumina  
Aethiopiæ inde supplices mei, et secundū nomen Godoliæ, qđ interpretat magnitudo dñi,  
nomenq; Ezechiæ, qđ sonat fortitudinē dñi, magnifice et fortiter dicturus est; iuxta est di-  
es dñi magnus, iuxta et uelox nimis, uox diei dñi amara, tribulabitur ibi fortis, et secundū no-  
men Amarię, qđ uertitur in sermonē dñi, post acerrimā exclamatiōē magnitudinis atq;  
fortitudinis, habiturus est sermonē exhortatiōis sic incipiens: Cōuenite, cōgregamini gens  
nō amabilis, anteq̄ ueniat sup uos ira furoris dñi. Porro secundū nomē suū Sophoniā, quod  
alij speculā, alij arcanū dñi transtulerūt, reuera speculatorē magnæ rei, scilicet iudicij domi-  
ni, qđ utiq; grande arcanū est, quia de die illa et hora, præter deū, nemo scit. Hic ita incipit.  
Congregans congregabo omnia, a facie terrę dicit dominus, congregans bo-  
minem & pecus, congregans volatile cœli & pisces maris. Profecto, dñs qui hæc  
loquitur, dei filius est, deus ipse & dñs, qđ ex eo uel maxime liquet, quia longe inferius ita  
dicturus est. Quapropter expecta me, dicit dñs in die resurrectionis meæ, in futurum &c.  
Non em̄ quæuis, sed quædā ex tribus psonis beatæ trinitatis, certa psona diē resurrectionis  
habitura erat, quæ nō est alia, q̄ dei filius deus & dñs, tunc quidē homo futurus, passurus,  
mortuus, atq; resurrecturus, nunc autē iam homo factus, passus, mortuus, sepultus, atque a  
mortuis resuscitatus, & adhuc in futurū, diem resurrectionis habēs uniuersalis, quem nos,  
i ut ipse

Interpretatio  
nominum

Mat. 24.

Verba in per-  
sona dei filij.

COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. I.

ut ipse iubet, expectamus. Igitur ipse, qui in isto loquitur: Congregans cōgregabo omnia à facie terræ, cōgregans hominē & pecus, congregans uolatile cœli & pisces maris, ipse est qui in euāgelio suo dicit: Et ego si exaltatus fuero à terra, oīa trahā ad meipsum. Et de q̄ P̄sal mista ad deū patrē: Minuisti (inquit) eū paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eū, & cōstituiti eū sup opera manū tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & bo ues uniuersas, insup & pecora cāpi, Volucres cœli & pisces maris. Nunq̄ de bobus & ouibus, de auibus & piscibus cura est deo? An nō potius hic intelligunt, aut intelligi debent de omni pp̄lo & natiōe, de oīm tribuū & linguarū diuersitate, de cunctis hoībus siue gētib⁹, q̄z ita mores diuisi, studia tā diuersa sunt, ut alij bobus, alij ouibus, alij auib⁹, alij piscibus siue recte dicantur? Hæc omnia traxit ad seipsum. Hæc (inquam) omnia dñe (inquit P̄sal mista) subiecisti sub pedibus eius. Futur⁹ (ait Ap̄lus) de quo loquimur. Nunc aut̄ necdū uident̄ omnia subiecta ei, subauditur, q̄a multi cōtradidunt ei. Verū iā factū est, qd̄ ait: Et constituiti eum sup opera manū tuarū. Iam em̄ propter passionē mortis gloria & honore coronatus est. Et data est mihi (ait) omnis potestas in cœlo & in terra. Quomō tandē, uel in quo subiicient ei, qui p̄tinaciter inimici eius sunt, & cōtradicut̄ ei? Nimirū ita, uel in eo, qd̄ protinus sequitur. **Et ruīnæ impiorū erunt, & disperdam homines à facie terræ**, dicit dominus. **Hæc** Euangelista Matthæus & Iohannes nobis luce clariora fecerūt. Nā qd̄ hic ait: cōgregans cōgregabo oīa à facie terræ, & ruīnæ impiorū erunt, hoc apud Matthæum in dicit dñs omnīū: Cū uenerit filius hominis in maiestate sua, & oēs angeli eius cū eo, tunc se debet super sedē maiestatis suæ, & congregabunt ante eū oēs gentes & c. usq̄, & ibunt hi in supplicīū æternum, iusti aut̄ & c. Apud Iohannē autē hoc modo: **Amē dico uobis, quia uenit hora, in qua oēs qui in monumentis sunt, audient uocē filij dei, & procedēt qui bona fecerunt, in resurrectionē uitæ, qui uero mala egerunt, in resurrectionē iudicij.** Nō igitur dicitur dñi uel obscurū est hoc dictum propheticū: Cōgregans cōgregabo oīa à facie terræ, dicit dominus. Congregans hominē & pecus, congregans uolatile cœli & pisces maris, & ruīnæ impiorū erunt, & disperdam hoīes à facie terræ, dicit dñs, q̄a uidelicet & hoc & illud, qd̄ postmodum propheta loquitur: **Iuxta est dies dñi magn⁹, iuxta et uelox nimis, uox diei dñi amara, tribulabitur ibi fortis, dies iræ dies illa & c.** de illo magno et uniuersali iudicio loquitur, qd̄ futurū esse in nouissimo die oēs audiuimus. Porro d̄ post istud initiū, anteq̄ illud d̄ eiat: **Iuxta est dies dñi magn⁹, duo iudicia p̄nunciātur, quæ tūc futura uel faciēda erūt super Iudā et super Hierusalē, alterum propter sanguinē prophetarum, quē patres fuderūt alterum propter sanguinē ipsius domini, quē fundendo implere habebant filij inensurā patrum suorū.** Libet hic literā perscribere utriusq̄ uindictæ, siue iudicij, quod (ut iā dictum est) uenturum erat sup ciuitatē illam, et iā uenit. Sequitur. **Et extendam manum meam super Iudam, & super omnes habitatores Hierusalē, & disperdā de loco hoc reliquias Baal, & nomina edituoz cum sacerdotibus, & eos qui adorāt super tectam litiam cœli, & adorant, & iurant in dño, & iurant in Melchom, & qui auertuntur de post tergū domini, & qui non quesierunt dñm, nec inuestigauerunt eū.** Hoc ut dicitur, ita et factū est postmodum p̄ regē Nabuchodonosor, p̄ exercitū Chaldaeorū. Sequitur de eo qd̄ faciēdum erat p̄ manus Romanorū: **Silet à facie dñi dei, q̄a iuxta est dies dñi, q̄a p̄parauit hostiā, sanctificauit uocatos suos & c. usq̄, et ædificabunt domos, et nō habitabunt, et plātabunt uineas, et nō bibēt uinum earū, post q̄ statim subiungitur de illo die magno uniuersalis iudicij, iuxta est dies dñi magn⁹, iuxta et uelox nimis et c. usq̄, q̄a cōsummationē cum festinatione faciet cunctis habitantibus terrā. Nunc per ordinē dicta tractemus. Et extendā (inquit) manum meā super Iudā, et super oēs habitatores Hierusalē. Hoc ita p̄cedentibus cōtinuatur, ut ubi dixit: et ruīnæ impiorū erunt, subaudias, Iudæi primū et Gæci, iuxta sensum Apostoli. Prior nāq̄ Iudæus, q̄ Gentilis, mala quæ merebat, recepit etiam tēporibus suis. Hoc et historiæ tradunt, et prophetiæ testātur per diuinā providentiā fuisse ordinatum. Sume (ait dñs ad Hieremiā) calicē uini furoris huius de manu mea, et propinaui bis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittā te. Et accepi (inquit ille) calicē de manu dñi, et propinaui cūctis gētib⁹, ad q̄s misit me dñs, Hierlm, et cunctis ciuitatibus Iudæ, et regibus eius, et principibus eius, et deinde Pharaoni (ingr) regi Aegypti, et regibus terre P̄sytim, et**

Ioh. 17.  
Psal. 8.

1. Cor. 9.

Heb. 2.

Mat. 16.

Ibid. 27.

Ioh. 7.

Duo iudicia  
cōtra Iudæos

Ro. 2.

Hiere. 27.

IN SOPHONIAM PROP. CAP. I. Fo. CLXXXVIII.

stijm, regibus Tyri, & regibus Sidonis, & regibus terræ insularæ, & regibus Arabia, & re-  
 gibus occidētis, & regibus Zambri, & regibus Helani, & regibus Mædonæ, & cūctis regi-  
 bus aquilonis, & cūctis principibus eorū, & oibus regnis terræ, q̄ sup faciē eius sunt. Bibētes  
 aūt bibētis. Quia ecce in ciuitate, in q̄ inuocatū est nomē meū, ego incipio affligere, & uos  
 quasi innocētes, immunes eritis. Igitur ruina (inqt) impiorū erūt, & subaudiēdū est, primū  
 impj Iudæi, & deinde impj Græci, siue Gentilis. Nā & in istis particularibus uindictis, q̄  
 tēporalē fiunt, gēte in gēte, & regno surgēte aduersus regnū, qd̄ p̄ meū sit iudiciū, in primis  
 extēdā manū meā sup Iudā, et sup oēs habitatores Hierl̄m, uidelicet propter sanguinē pro-  
 phetarū, quē fuderūt, maximeq̄ propter Manassen, in quē magis hæc scelera redundabāt,  
 quē cōtinuo propheticus sermo denotat, dicens: Et disperdā de loco hoc reliquias Baal, &  
 noia ædituos cū sacerdotibus, & eos q̄ adorāt, & iurāt dño, & iurāt in Melchom, & q̄ auer-  
 tunt de post tergū dñi, & q̄ nō quæserūt dñm, nec inuestigauerūt eū. ¶ In tantā deniq̄ ue-  
 nerāt impietate, ut in tēplo dei, iuxta qd̄ scribit Ezechiel, & Regū liber q̄rtus indicat, statuā  
 Baal, quā imaginē zeli dñs uocat, statuerint, & in eodē sanctuario idola pariter & deū uene-  
 rati sunt. Vnde signāter idoloz sacerdotes, nō sacerdotes, sed ædituos appellauit, & ædi-  
 tuos ergo & sacerdotes quondā dei, & eos q̄ sup tecta, ritu gētiliū, adorāt miliciā cœli, scilicet  
 cet solē & lunā & astra reliq̄, et q̄ iurāt in noie dñi, simul et in noie idoli Ammonitarū Mel-  
 chom, Disperdā (inqt) de loco hoc, maxie (ut iā dictū est) propter pctā Manassen, q̄ amplis  
 us in hmoi dñm irritauit, et impleuit Hierl̄m sanguine innoxio usq̄ ad os, Eteñ cū de losia  
 rege scriptura narraffet, Veritāmē (inqt) nō est auersus dñs ab ira furoris sui magni, q̄ irat⁹  
 est furor eius cōtra Iudā, propter irritatiōes, qbus prouocauerat eū Manasses. Septē sunt es-  
 nunciatiōes, q̄ nūero plerūq̄ uniuersitas significari solet, quarū prima est, Et disperdā de lo-  
 co hoc reliquias Baal, Septima, Nec inuestigauerūt dñm, Et si reciproco ordine cōsiderēs  
 tur, siue nūereni, hoc mō: Nō inuestigauerūt dñm, et nō quæserūt eū, et auertuntur de post  
 tergū dñi, et iurāt in dño, et in Melchō, et adorāt sup tecta miliciā cœli, et noia habēt ædi-  
 tuorū, et colūt Baal, semp malo pcedēti, id qd̄ sequitur, deterius est. Nā nō inuestigasse dñm  
 malū quidē est, nō quæsisse aut, dū inueniri possit, peius, auerti aut de post tergū dñi. i. dñm  
 cōtēnere, et uoluntatē eius nollē intelligere, profecto pessimū est in religione. Porrō cōtra  
 religionē iurare in dño, et iurare in Melchom, qd̄ interpretat rex eorū, qd̄ nomē simplicib⁹  
 haud impiū uideri poterat, malū erat, Adorare aut sup tecta miliciā cœli, qd̄ et ipm rustica  
 simplicitate fieri poterat, peius erat, ædituos uero esse, uel sacerdotes in tēplo dñi, quādiu il-  
 lic erat Baal, profecto pessimū erat. Sūmus omniū cumulus maloz, erat ipse Baal. Septē igit  
 tur enūciationib⁹ malorū omniū, maiorū atq̄ minorū declamata ē uniuersitas atq̄ diuersitas,  
 propter q̄ tūc irā Iudæ et Hierl̄m cōmeruit, et sup habitatores eius manū suā extēderet dñs,  
 q̄ hæc dicit: Erat aut ille, qui necdū sciebat uocare patrē aut matrē, quia uidelicet necdū na-  
 tus erat, qd̄ postea factū est, ea natiuitate, qua didicit et sciuit uocare patrē et matrē, patrem  
 utiq̄ adoptiuū siue nutritiū, et matrē uirginē. Recte igitur uocari poterat nomē eius: acce-  
 lera manū tuā extendere, festina peccatores de loco suo disperdere, et captiuos in Babylo-  
 niā emittere, sicut apud aliū prophetā uocari iussus est: Accelera spolia detrahare, festina p̄-  
 dari, pro eo qd̄ ante q̄ sciret puer uocare patrē suū et matrē suā, auferēda erat fortitudo Da-  
 masci, et spolia Samariæ, ipso agente. Sequitur. **S**ilēte a facie domini dei, qz iuxta est  
 dies domini, qz preparauit hostiā, sanctificauit uocatos suos, et erit in die hostie  
 domini, uisitato super principes, et super filios regis, et super omnes, qui induti sunt  
 ueste peregrina, et uisitato super omnē qui arroganter ingreditur sup limen in die  
 illa, qui cōplent domū domini dei sui in iniquitate et dolo. ¶ Quid est, qd̄ dicit, uel qz  
 intuens dicit: Silēte a facie domini dei, qz iuxta est dies domini? Iā ante dictū est, eum qui sic  
 incipit: cōgregans cōgregabo oīa a facie terræ, Christū dei filiū esse, q̄ exaltatus a terra, des-  
 beret oīa trahere ad se, et iudicare uiuos et mortuos in nouissimo die, de quo postmodū di-  
 cit: Iuxta est dies domini magnus, iuxta est, et uelox nimis, et qd̄ ante illud ultimū iudicium  
 duo iudicia facturus erat, super illā terrenā Hierusalē, quē iam fecit, alterū per Nabucho-  
 donosor et exercitum Chaldeorū, propter sanguinē prophetarū, quē effuderūt: alterū  
 per manus Romanorū, propter ipsum prophetā dominū, quē occiderūt, De primo, qd̄  
 i 2 faciendū

Vindicta in  
Iudæos pro  
per sanguinē  
prophetarū.

Æditui dicitur  
hic sacer-  
dotes Baal  
Ezechi. 16. 23

4. Reg. 21.  
Ibi. 23

Septem mas-  
la a Iudæis p-  
petrata.

Etia.

Vindicta in  
Iudæos ppter  
sanguinem  
Christi.

Matth. 26.

Deut. 32.

Roma. 8.

Dies hostiæ  
domini.

Filij regis &  
filij regni.  
Iohan. 2.  
Ibidem.  
Matth. 8.

Vestis pere-  
grina hypo-  
crisis.

Matth. 23.

Arrogans in-  
gressus Pon-  
tificum.

faciendū erat p manus Chaldæoz, dixerat. Et extēdā manū meā sup Iudā, & sup oēs habi-  
tatores Hierlm &c. Nūc de illō dīcturus, qđ p manus Romanorū faciendū erat, sic incipit.  
Silete à facie dñi dei, qđ iuxta est dies dñi. Ad qđ ergo, uel qđ intuēs, taliter edicit. Nimirū  
nihil hic libenter intellexerim, qđ illos petulcos, insanos, & nocte illa paschali crapulatos &  
ebrios, qđ audientes, hūc dñm adiuratū à pontifice, ut diceret, si ipse eēt Chrs filius dei, respō-  
dent: Tu dixisti, & ammōdo uidebitis filiū hominis, sedentē à dextris uirtutis, & uenientē  
in nubibus cœli, exclamauerūt: Reus est mortis, & tūc expuerūt in facie eius, & uelauerūt  
faciē eius, & colaphis eū ceciderūt, & palmas ei in facie dederūt, dicētes: Prophetiza nos-  
bis, qđ est qui te percussit, & alijs multis modis faciē eius cōuitati sunt. Quale hoc erat, in iudi-  
cio sancti spūs p ora pphetarū loquebatur? O igitur irreuerētes & indisciplinati, male nati,  
& male educati, qđ est, qđ facitis? Silete à facie dñi dei, cōtinetē os uestrū à facie dñi dei, ho-  
minis pro sua reuerētia tremēdi, etiā cunctis uirtutibus cœli. Quomō uos eū in honore hūc  
Silete, qđ iuxta est dies dñi. Et sicut Moyes dixerat: iuxta est dies perditionis, & adesse ter-  
stināt tempora. Væ uobis in illa die huius domini, & uos silebitis. Silebitis (inquā) et tūc ille  
dies domini uobis erit dies perditionis, qđ pręparauit hostiam, sanctificauit uocatos suos,  
pręparauit (inquā) hostiam, id est, semetipsum, & pręparatione ipsa talis hostiæ sanctifi-  
cavit uocatos suos, uidelicet quos ante secula pręsciuit & prędestinauit suos fieri, & tēpo-  
ribus suis uocauit per cūcta retro secula, usq; in diem illā, qua faciē eius cōspuistis, uelatis,  
atq; exalapastis, & cōtra eandē faciē eius mouistis capita uestra, dicētes: Vah, hoc totū qđ  
ipse sustinuit, hostiæ pparatio fuit, & in illa hostia corporis sui, sanguis sui, sanctificauit uo-  
catos suos, sanctificatione, quæ est omniū peccatorū remissio. Quid ulterius iā restat, nisi ue-  
relinquatur uobis domus uestra deserta? Nimirū nulla est causa, propter quā dicitur dñi  
uestre iudiciū differat, qm̄ assumptione iā facta est, qñoniā miro modo de uobis mortuus uita  
est assumpta. Iuxta est illa dies dñi, qua istud fiat. Hæc ex psona sua ppheta inlamarit: Sile-  
lete (inquiens) à facie dñi dei, qđ iuxta est dies dñi, & nō dixit magnus, iuxta et uelox nimis.  
Proinde expeditior currit explanatio, qđ nihil obseruatiæ nostræ refragatur, qua secundū  
ppheticā huius scripturæ textū, uel ordinē iudiciorū dñi, tempora distinximus. Sequitur ex  
psona ipsius dñi, qđ antierius loquebatur: Et erit (ingit) in die hostiæ dñi, uisitabo sup princi-  
pes, & sup filios regis, & sup oēs qui induti sunt ueste peregrina, & uisitabo sup omē, qui  
arrogāter ingreditur sup limen in die illa, & qui cōplēt domū dñi sui iniquitate & dolo.  
Dies hostiæ dñi, tēpus est à passiōe dñi, quo uidelicet tēpore, post quadraginta annos, facta  
est uisitatio hæc, quā nūc dicit, sicut totus orbis audiuit. Illa uisitatio talis maxime ex culpa  
principū sacerdotū prouenit. Vnde recte primo loco, uisitabo sup principes, ait. Qui autē  
erāt filij regis, nisi tā ipsi, qđ cæteri Iudæi, gloriātes quasi de singulari nobilitate generis? Glo-  
riati sunt nāq; nimis insolēter, quodā loco dicētes: Semē Abraham sumus, & nemini serui-  
mus unq;: Itē. Nos ex fornicatiōe nō sumus nati, unū patrē habemus deū. Propter huiusmodi  
supbiā appellauit eos ipse filios regni, ubi taliter locutus est: Dico uobis, qđ ab oriente & occi-  
dente ueniet, & recubent cū Abraham & Isaac et Iacob in regno cœlorū, filij autē regni erū-  
cientur in tenebras exteriores. Quos illic filios regni, hic recte intelligimus filios regis, i. su-  
perbos, et cōtra oē genus humanū sese extollētes, de nobilitate singulari, tāq; filios regis deb-  
maxie qđ cōtra uerū et unicū dei filiū cogitātes homicidiū, inter cætera dixerūt: Vnū pa-  
trē habemus deū. ¶ Quid autē in eo ppheticus sermo denotat, dicēdo: Et sup oēs, qđ induti  
sunt ueste peregrina? Putāsne, hypocritis uestis ē peregrina? Vtq; nimirū peregrina. Quid  
em̄ in uestibus magis peregrinū, qđ sunt lupis rapacibus uestimēta ouiu? Quid (inquā) ma-  
gis peregrinū, qđ ei, qđ intus ē plenus iniquitate, foris hoibus iustū apparere? Quid magis pe-  
regrinū, qđ dilatatio Phylacterioz, et magnificatio simbriaz, et sessio sup cathedrā Moy-  
p̄sertim in illis, quorū scdm̄ opa nō est faciendū? Tales erāt scribæ et pharisæi, nimirū ppter  
qđ, hypocritæ, septies uno breui sermōe, apđ Matthæū, uæ illis inlamarit uisitatores iste, qui  
scdm̄ ueritatē huius pphetiæ, iā debebat sup illos uisitare. Deinde, et uisitabo (ait) sup omē,  
qui arrogāter ingreditur sup limē in die illa, qđ cōplēt domū dñi dei sui iniquitate et dolo. Equis  
est de qđ uerius dicas, qđ arrogāter ingreditur sup limē, qđ ille, qui nō exspectat, ut ostentus illi  
aperiat, sed uiolenter intrat in ouile ouiu? Tales et hoc tpe multi sunt, et illo tēpore Annas  
et Caiaphas

IN SOPHONIAM PROP. CAP. I. Fo. CLXXXIX.

& Caiphas pontifices fuerūt, qui infelici cōmercio coemptū lacerabāt summū sacerdotiū alternatim, per annuas uices inter se diuidēdo pontificiū. Et quis de illis dubitet hoc dictū quod cōpleuerint domū domini dei sui iniquitate & dolo, quos ipse dñs deus ore proprio redarguens: Vos (inquit) patris mei domū, quæ debuit esse domus orationis, fecistis spelū cam latronum? Hæc dicens, nōne etiā factō significauit uisitacionē, quæ in his sonat uerbis propheticis. Fecit eū quasi flagellum de funiculis, & omnes eiecit de templo, per hoc terribiliter innuēs eos de regno, dei foro protinus eiciēdos. imō nihil habere in illo tēplo uel regno, cuius se gloriabātur esse filios. **L** Et erit in die illa (dicit dñs) uox clamoris a porta pisciū, & ululatus a secūda, & cōritio magna a collibus. **I** Portā pisciū uocabant eam, quæ uicinior mari erat, inter cunctas uias Hierl'm, de qua & Esdras refert. Portā uero pisciū ædificauerat filij Ašanaa, ipsi texerūt eam, & statuerūt ualuas eius & feras, & uectes. Quod aut ait, & ululatus à secūda, & secundi muri in eodē climate portā significat, de qua in libro regū scriptū est. Ierunt itaq; Helchias sacerdos, & Haican, & Achobor, & Saphan, & Asaya ad Oldam prophetē uxore Sellū filij Tecue, filij Araas custodis uetistiū q̄ habitabat in secūda. Cōritionē aut magnā à collibus, de mōte Syon, & excelsiore urbis parte loquitur, q̄ cum altiora & arx ciuitatis fuerit occupata, facilius est in prona descensus. Vnde q̄bus ex rebus gestis oīno gerēdis, sensum p̄pheta cōcepit, ut exclamationē ita trisa rīa diuideret, scilicet in uocē clamoris à porta pisciū, & uocē ululatus à secūda, & uocē cōritionis, magnā à collibus. Mirū dictū & horrēdū sensibus, siue intellectibus, quomōdō cūcū istā uocū distinctionē cōtigisse cōstat, in illo famosissimo excidio miseræ Hierl'm. Nā & anteq̄ Romano exercitu cingere, & toto tpe obsidiōis intus triplici seditōe nimis atrociter, nimis horribiliter, et supra q̄ dici uel credi p̄t scindebātur, lacerabant, cōcidebāt in suis uisceribus. Tres erāt principes seditiōnū, Iohānes, Eleazarus, & Simon. Eleazarus cū suis superiora urbis, & tēplū occupauerūt, & inferiora Simon, mediā Iohānes obtinebat. Quis unq̄ audiuit similia his, quæ intrinsecus facta sunt. Vere tāta fuerūt, ut p̄phetica explanatione recte digna existimētur, & ueraciter tunc fuit, uox clamoris à porta pisciū, i. ab inferiori urbis parte, ubi tyrannizabat Simon, & ululatus à secūda, i. à mediā, ubi bestia Iohannes sc̄uebat, et cōritio magna à collibus, i. à tēplo & arce ciuitatis, ubi Eleazarus talis erat dñs, qui arā ipsam tēpli sanguine imbueret, & mortuis indigenis p̄ atria diuina stagnū faceret diuersorū cadauerū sanguinis. Quid tm̄ passa es d̄ miserima ciuitas à Romanis, quātū à tuis & indigenis? imō quæ unq̄ ciuitas uel gens talia pertulit ab extraneis, qualia tu à pprijs. Sed cesset oīs cōmiseratio, cū tu proprio tuis condēnata iudicio. Dixisti em̄. Sanguis eius sup nos & sup filios nostros. Sequitur ergo tā dura, q̄ iusta cōcessio. **L** Ululate habitatores pile. **I** Pila hoc loco nō p̄ breuē syllabā legēda est, sed p̄ producā, ut de pila sciamus dici, in q̄ trumēta tundūtur, uas cōcauū & medicorū aptū ului, in q̄ proprie typhane fieri solent. Et pulchre dictū est, q̄ habitatis in pila qd̄ sc̄z sicut frumēta feriēte desup uectē tūdūtur, ita de porta pisciū, & de secūda, et de collibus prouēs in populū decurrat exercitus. Qui calamitatis illius obsidiōis et angustias cōpressæ ciuitatis uult attēdere, nimirū ipse perpēdit q̄ cōgrua similitudine usus sit dicēdo, habitatores pile, sicut em̄ frumēta in pila ad hoc cōgrūtū, ut feriente desuper uectē dissilire nō ualētia tūdantur, ita de cūctis Iudeæ ciuitatibus, uel regnibus cōfluens populus, repētina est obsidiōe arctatus, et prædictorū principū seditiōnis immani crudelitate deintus magis, q̄ de foris ab hostibus, gladio, fame, et peste, inenarrabiliter discretiatus, mirando circūseptus dei iudicio, ut qui ad hostes pro remedio uellet effugere nō posset. Sequitur. **L** Conticuit omnis populus Chanaan, disperierunt oēs inuoluti argento. **I** Quis ē iste Chanaan? Nimirū pp̄s Iudæus, in quē dicit alius p̄pheta. Pater tuus Amorrhæus, et mater tua Cethea, & Daniel ad presbyterū senē loquitur. Semen Chanaan, et nō Iudæ, species decepit te. Quare aut̄ p̄senti loco nomē hoc assumpsit, et populus Chanaan q̄ pp̄s Iudæorū dicere maluit? Nimirū p̄pter rerū uisitorū uerā qualitatem, et propter formidinē. Nā et alius propheta, formido, (inquit) et laqueus, facta ē nobis uisitatio et cōritio. Occidit em̄ in fanctuario dñi p̄pheta, et sacerdos. Oportebat falli populū fallacē, q̄renus dum de alijs putaret tale qd̄, et aliq̄s p̄phetarū uiuere sineret, et scripturā ueritatis seculis profuturā referuaret. Igitur omnis pp̄s Chanaan, qd̄ interpretatur motus

Matt. 27.  
Iohan. 20.

Porta pisciū,  
2. Esdra. 3.

2. Reg. 22.

Tres factōes  
& triplex seditiō in Hierusalem.  
Iosephus de bello Iud. lib. 6. c. 7.

Matth. 27.

Cur Hierusalem hic Pila dicitur.

Ezech. 16.  
Danie. 1.  
Cur Iudæi dicuntur populus Chanaan Thren. 3.

eorū, id est, populus Iudaeorū, qui cōtra dñm caput mouerūt, motis iā pedibus, qā in ueritate nō steterūt, cōticit, subauditur à facie dñi. Debemus em̄ meminisse, q̄ supra incipiens ita dixit: Silete à facie dñi dei, qā iuxta ē dies. Ille pplus, ille ipioꝝ ceteros, q̄ tūc insultauit, q̄ tūc nō siluit, q̄ nō solū nō reueritus ē, uerū & ore & manib⁹ in honorauit facie dñi, ecce cōticit

*Psal. 108*

ecce auctoritatē loquēdi amisit, & sicut de quodā illoꝝ notissimo dicitū ē, & episcopatū eius accipiat alter, sic de omni pplo illo certū est, qā magisteriū iā nō habet, & sicut hic i peius nō mē illi cōmotatū est, nō em̄ dixit propheta, cōticit ois pplus Iuda, sed ois pplus Chanaan, sic & honorē amiserūt, & oēm uocē, in ultimā uenūdati seruitutē, & captiui nō utūq; non ut olim in Babylone, sed ipsa captiuitate dispersi in totū orbē. Maloꝝ omniū totius pdictio-

*Auaritia Iudaeorū.*

nis causa illis fuit auaritia, usq; ad preciū sanguinis dilatata. Sequitur ergo. Disperierunt oēs inuoluti argēto. Causā huius exēplū omni pplo illi Chanaanā o fuit ille Iudas proditor. Sicut em̄ ille cupiditate argēti inuolutus, triginta argēteis sanguinē dñi uēdidit illis, & iccirco male periit, sic ois ille pplus maxime ex eo fuit intractabilis, qā retribus erat inuolutus argēto

*Triginta maledictiones in Iudaeos.*

& maxime propter hoc ipsum dñm oderūt, qā disputabat cōtra auaritiā eorū. Secundū mēmerū argenteorū, quibus et ille uendidit, et illi sanguinē dñi emerunt triginta maledictionibus, tā uenditor q̄ emptores inuoluti sunt, quā in psalmo cētesimooctauo: Prima est, constitue sup eū peccatorē, Vltima, et operiatur sicut diploide cōfusione sua. Imō dicitur in uer-

*Argento inuoluti.*

est, qā nō dixit, disperierūt oēs habētes argentū, sed disperierūt oēs inuoluti argēto. Longe aliud est habere argentū, q̄ argēto esse inuolutū. Siquidē et Abrahā et Dauid, multiq; alij sancti et iusti argētū habuerūt, in auro et argēto diuites fuerūt, et tñ nō disperierūt. Quare? Videlicet qā pecunias tanq̄ dñi possiderūt, nō tanq̄ serui pecuniae in pecunijs sperauerunt. Qui in argēto sperāt uel cōfidūt, ipsi argēto inuoluti sunt, et tales oēs dispererūt. Discretiōe hac opus est, ubi dñs loquitur discipulis suis. Q̄ difficile, q̄ pecunias habēt, introibūt in regnū dei. Poterāt em̄ obstupere discipuli, et obstupescerāt, ait Euāgelista Marcus, in uer-

*Lucæ. 18. Marci. 10.*

bis eius. At Iesus rursus rñdens, ait illis: Filioli, q̄ difficile est cōfidentes in pecunijs introire in regnū dei, et tūc demū ita dixit: Facilius est camelū p foramē acus transire, q̄ diuitē introire in regnū dei. Igitur illos excepit diuites, q̄ quāuis habeāt pecunias, nō tamen sunt cōfide- tes in pecunijs, et eos tātū diuites illa sententiā premit, qui p hoc qā cōfidūt in pecunijs, sunt etiā, et ab hoc propheta dicunt argēto inuoluti, et eadem inuolutiōe ita grossi facti, ut nimis difficile sit eos introire in regnū dei. Sequitur: *Et erit in tēpore illo, scrutabor Hierusalē in lucernis, et uisitabo super uiros defixos in fecibus suis, qui dicunt in cordibus suis, non faciet dñs bene, et non faciet male.* Quam ultronea spūs sanctus dignatione occurrit, ne uel propheta uel alius q̄s sollicitare ea sollicitudine, q̄ beatus senex. Abrahā sollicitus, audito, qā dñs de Sodomis ait. Nunq̄ pdes iustū cū impio? Abit à te, utrem hāc facias, et occidas iustū cū impio, fiatq; iustus sicut impius. Nō est hoc tuū, q̄ iudicas omnē terrā. Cōcessit illi dñs, concedit et huic qā nō sit suū, occidere cū impio iustū. Iustus uerū tē quodā modo dici poterat, quisq; in ipsum dñm ignoranter peccauerat, et audita uel cognita ueritate, poenitentia acturus erat, sicut fecerunt ad pdicationem Petri, una die ex ipis tria milia. Iustus (inquā) utcūq; iā dici poterat, quisq; eiusmodi erat, sicut de semetipso Abimelech: dñe (inquit) num gentē ignorantē interficies? Tulerat nāq; uxore Abrahā ignoranter, Igitur et in isto dñs ab eiusmodi sollicitudine, uel ipsum prophetā, uel quēlibet aliū liberat, cū dicit: Et erit in tēpore illo, scrutabor Hierusalē in lucernis et c. Ac si dicat, Anteq̄ p-

*Gene. 18.*

*Actu. 2.*

*Gene. 20*

*Quid est scrutari Hierūsalē in lucernis.*

*Lucæ. 11.*

*Lucæ. vlt. Act. 1.*

ueniat ille dies uisitationis, dies clamoris, & ululatus, & magnæ contritiōis, faciam qā miser lier sapiens facit, quā cū perdidit drachmā unā, accedit lucernā, & euerit domū, & querit diligēter donec inueniat: Nō tantū unā, sed plures lucernas ego accēdā, id est, aplos ipsi sancto et uirtute ex alto indoā, ut sint mihi testes usq; ad ultimū terrā, incipientibus ab Hierusalē, et ab omni Iudaea et Samaria. Nimirū hoc erit scrutari Hierusalē in lucernis, et ubi cūq; fuerit drachma, q̄ pdita est, latere non poterit. i. q̄ cūq; ex deo erit, dignusq; Hierusalē ciuitate cœlesti, in culpa pfidiā nō remanebit. Sicut em̄ drachma pdita drachma aurea quā quæritur cū lucernis, ad lumē lucernarū relucet de tenebris, et inuenitur: sic oēs ignouit et iusti, qualē se Abimelech iā dicitus fuisse testabat, audita ueritate dicit oꝝ, et uisa claritate i-

*Act. 2.*

tētia suscepta baptizati saluabunt. Ita scrutādo Hierlm, tā diu donec credat, q̄r̄t p̄ordinatū sunt ad uitā aternā, tūc demum uisitato sup uiros defixos in fecibus suis, nō faciet dñs bene, & nō faciet male. Erant nāq; proprio iudicio condēnati, odiētes lucernas meas, & amādo feces suas, & sicut illi q uolūtātur in fecibus libidinis, dū in oeculto scortātur, dū polluūt & polluūtur, nolūt se requiri cū lucernis, imō oderūt lucernas & abhorrēt eas: ita illi nequā & inuidū cōtra ueritatē habētes oculū, odientes & me & patrē meū, amātes sua peccata, et odiētes iustitiā, habētes amorē p̄sentis seculi, odiū futuri, nō cupient audire uerba dei q̄ p̄ferētur, cū signorū testimonijs, imō ex eis, quos mittā ad eos, prophetis, et sapiētibus, et scribis, occidēt et crucifigēt et flagellabūt et persequētur de ciuitate in ciuitatē, et dicēt, falsū est qd̄ dicunt istī. Nō faciet dñs bene bonis, et nō faciet male malis, id est, nō erit dies iudicij, aut certe iste, quē dicunt dñm, quē crucifiximus, nullus est, nō talis fuit aut erit, ut nobis bene uel male facere possit. Iccirco uisitabo super eos, ita, ut ueniat super eos omnis sanguis iustus, q̄ effusus est sup terrā à sanguine Abel iusti. Dicāq; eis: Ecce relinquet uobis domus uestra deserta, hoc est qd̄ cōtinue sequitur. **Et erit fortitudo eorū in direptionē, et domus eorū in desertū, et edificabunt domus et non habitabūt, et plantabūt uineas, et non bibent uinū eorū.** Quid horū effectū manifestius? Fortitudo eorū, qua primo contra deū, deinde cōtra hoies male fortes fuerūt, facta est in direptionē. Quomō fortes fuerūt cōtra dñm? Nimirū sicut phreneticus, cōtra medicū. Non etiā uera erat, aut uera est fortitudo illos, iustitiā suā statuere uolentiū, sed falsa omnino et fallax, sicut fortitudo phrenetici, cū percutit medicū. Deinde mirū, et miro dei iudicio factū, qd̄ cōtra hoies ita de fortitudine p̄sumperunt, u bellū impacabile susciperent cōtra Romanos, uictores omniū gentiū. Talis direptio nō est audita usquā gentiū, qualis fuit direptio fortitudinis eorū. Domus eorum quō facta est in desertū: Nimirū ita, ut desereretur templū illud ab omni p̄sidio cœlestium spiritū dicentiū: Transmigremus ex his sedibus, qd̄ Iosephus palā auditū fuisse testat. **Adificiū domus illius, i. tēplū, ualde fuerat recētiori tpe auctū, turribusq; atq; porticibus ualde uenustatū.** Ipsa ciuitas domibus pulchris ornata, opibusq; referta, regio undiq; uinetis arboribusq; diuersi generis, mire cōsita atq; uberrima. Sed cuncta excisa, cūcta diruta, & igni cōcremata, in desertū redacta sunt, & q̄ gladio superfuerūt ex eis, in oēs gentes captiui ducti sunt, & hoc modo ueritas apparuit dicētis, & edificabūt domos & nō habitabūt, & plantabūt uineas, & nō bibēt uinū earū. His p̄missis, qd̄ protinus clamet, qd̄ cōtinuo de excelsa specula dicat, et annūciat speculator iste, attonitis auribus audiamus, q̄ nos dormire nō patitur. **Ait: Iuxta est dies dñi magnus, iuxta est et uelox nimis. Glor diei dñi amara, tribulabitur ibi fortis. Dies ire dies illa, dies tribulationis et angustie, dies calamitatis et miserie, dies tenebrarū et caliginis, dies nebulę et turbidis, dies tubę et clāgoris, super ciuitates munitas, et sup angulos excelsos. Et tribulabo homines et ambulabūt ut cæci, qz dño peccauerūt. Et effundet sanguis eorū sicut humus, et corpora eorū sicut stercoza. Sed et argentū eorū et aurū non poterit eos liberare in die ire dñi. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra, qz consummationē cū festinatione faciet cunctis habitantibus terrā.** O quātus clamor et exclamatio, q̄ uerhemē omni homini, nisi ei q̄ surdus est, q̄ nō habet aures audiēdi. Quid erat qd̄ uidebat, qui ita clamabat: Qualis erat uisio mētis, cuius tāta est acrimonia uocis? Beatus papa Gregorius recte ad uim clamoris huius attonitus: **Pensate (inqt) fratres charissimi ad cōspectū tanti iudicis, qz in illo die terror erit, qñ iā in pœna remedium nō erit, q̄ illa cōfusio, cui reatu suo exigente cōtingit in cōuentu omniū hominū angelorūq; erubescere: q̄ pauor, eū, quē tranquillū mens hūana capere nō ualet, et iratū uidere. Quē diē propheta intuens, ait: Dies irę, dies illa, dies tribulationis et angustię, dies calamitatis et miserie, dies tenebrarū et caliginis, dies nebulę et turbidis, dies tubę et clāgoris. Pensate ergo frēs extremi iudicij diē, sup corda reprobos, q̄ asperitate p̄pheta uidit amarescere, quē tot appellatiōibus nō ualet explicare. Quid oportuni⁹ obseruare potuit de officio boni oratoris iuxta cōsiderationē rei, q̄ hoc, ut anētus fieret auditor, i exordio sermōis, imō de clamatōis: Quo autē p̄bo, q̄li dicto attētionē speculator meli⁹ excitaret, q̄ dicēdo, iuxta ē. Cōtēplatus ē diligēter, mltō et claro intuitu et uolūt, q̄ iuxta ē id qd̄ lippis et cæcūtiēibus lōge esse uidet, et dicūt, in t̄pa longa fiet istud.**

Mas 231

Iose. de bello Iud. li. 7. ca. 17

Terror extreme iudicij.





COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. I.

- Ezech. 7. Nec semel contentus dixisse, iuxta est dies dñi, repetiuit iuxta est, & uelox nimis, & uere secundū magnitudinē periculi, iuxta & uelox nimis, & hoc nō uane uidetur homini habenti quippiā de sensu dei, cuius ante oculos mille anni sic sunt tanq̄ dies hesterni, q̄ preterit, aut certe qd̄ breuius est, tanq̄ custodia i nocte. i. una de quatuor uigilijs unius noctis. Imō q̄ pro nihilo habetur corū anni erūt. i. inter ea reputabūtur. Ille dies erit magnus, quātus, ex q̄ dies esse ceperūt, nō fuit, nec erit amplius. Quā aut̄ uocē attēdit cōtinuo dicēs, uox diei dñi amara, tribulabitur ibi fortis: quā aliā putamus, nisi illā. Ite maledicti in ignē æternū, q̄ paratus est diabolo & angelis eius. Vere amara uox, Ibi (inqt) id est, in illa uoce, tribulabitur fortis, & quis fortis, nisi superbus, fortis diabolus, fortes angeli eius, fortes hoies, tribulabitur ibi tribulabūtur, in illa uoce tribulabūtur. Ergo ne ueraciter fortis, q̄ in uoce tribulabitur. Imō falso fortis, uere inualidus. Fortis eim̄ dicitur, nō q̄ ita sit, sed q̄ ita sibi uideatur. Tunc aut̄ nō ita sibi uidebitur, sed nec negare poterit, q̄ sit inualidus, q̄n̄ una uoce fortis ille fortis rex, uidētibz cūctis, precipitabitur. ¶ Quanto impetu, q̄ magno spū illius diei magnitudinē describere gestiēs, dies (inqt) iræ, dies tribulationis & angustie, dies calamitatis & miserie, dies tenebrarū & caliginis, dies nebulæ & turbis, dies tubæ & clāgoris. Die unā eandēq̄ sex uicibus cū adiectionibus terrificis declamauit, & septimā uicē nō addidit. Cur hoc? Exultatio nimirū, q̄ de septima die nihil ibi erit, nihil de sabbato dñi, sed sine requie, sine ullarū quietionis spe tribulabitur ibi fortis. Nā hoc totū qd̄ tantis uoibus declamauit, erit super ciuitates munitas, & super angulos excelsos, id est, super hoies impios, & super angelos superbos, Nā ciuitates cū dicit munitas, subaudiendū est citra dominū, & angulos cū dicit excelsos, intelligenda est celsitudo principū, cōtra uerū & solū excelsū dñm se se extollentium. Istæ sunt ciuitates munitæ, & isti excelsi anguli, quos Ap̄lus manifestius exprimit, ut in euangelio fieri debuit, in quo reuelatur hæc ira siue dies iræ dei. Nā p̄missio, reuelatur em̄ ira dei de cælo, secutus est dicens, super omnē impietate & iniustitiā hominū eorū, qui ueritatem dei in iniustitia detinēt & c. Nōne talibus cōgruit, & iusto iudicio repositū est id, quod cōtinuo post uerba prophete ex sua persona dñs iudex dicit: & tribulabunt hoies & ambulabunt ut cæci. Et propheta statim cōprobans iudiciū causam reddit, quia dñs peccauerunt. Recte etem̄ illic ambulabūt ut cæci, q̄ hic oculos uoluntarie contra ueritatem claustrant, quia cum cognouissent deum, non sicut deū glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & uoluntarie obscuratū est insipiens cor eorū, & dicēs se esse sapientes, & reuera pleriq̄ illoz inuisibilia dei à creatura mundi, per ea q̄ facta sunt, intell. cta cōspicientes, nihilominus, imō & amplius stulti facti sunt, & mutauerunt gloriā incorruptibilis dei, in similitudinē imaginis corruptibilis hominis, & uolucrū & quadrupedū & serpentū. Vere igitur causa est, quia domino peccauerūt. Quia uero propter hoc ipsa corpora sua in semetipsis, & tradidit illos in passionē ignominie, ut tam scemina q̄ uirum mutarēt naturalē usum, in eū usum, q̄ est cōtra naturā, & tradidit illos in reprobū sensum, ut faciant ea quæ nō cōueniunt. Recta & iusta est sentētia hæc, abiectionis eorū plenissima, ea effundetur sanguis eorū sicut humus, & corpora eorū sicut stercora. Quod deinde subitigie sed & argentū eorū & aurū nō poterit liberare eos in die iræ domini, hoc iam in isto tēpore assertionē nō indiget, imō & notum & certum est, quia nec aurū nec argentum cū eis qui possiderunt, ad illud ueniet, quippe cum scriptum sit alibi, quia cū interierit, non sum tibi in gloria, neq̄ descendet cū eo gloria eius. Amplius uero id quod sequitur, Omne destruit aurum & argentum, In igne (inqt) zeli eius deuorabitur omnis terra, quia cōsummationē cū festinatione faciet cunctis habitantibus terrā. Si em̄ illo igne, quo iudicabitur seculū, deuorabitur omnis terra, qd̄ uerum est, sicut alibi dicit: cælū & terra transibunt, uerba aut̄ mentis nō transibunt, aurum & argentū ubi parebit, quod utiq̄ terra est? Sed et si placeret, nūquid eorū esse deberet? Nihil intulerunt in hunc mūdū, et propterea peccatores nihil præter peccata tunc habebunt, et iccirco iustus ille ignis, iustissimi zeli domini, cōsummationē faciet festinanter, cunctis eis habitantibus terrā, propter hoc ipsam qd̄ cælum desperantes, ueritate mente habitauerunt terram. Sequitur. **L**Conuenite congregamini gens non ambulabitis, p̄uisq̄ pariat iussio, quasi puluerem transcuntem diem, antequam ueniat super uos.

CAP. II.